UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sōkratus Scholastiku Kai Ermeiu Sozomenu Ekklēsiastikē Istoria

Socrates <Scholasticus>

Mogvntiae, 1677

Caput XXVIII. Quomodo Innocentius Episcopus Romanus impense studuerit, ut collecta Synodo Ioannem revocaret; & de legatis ab eo missis ad inquirendum; & de morte Ioannis Chrysostomi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14233

Visual Library

tum finitimis omnibus. Multi quotidie A ad eum confluebant ex urbe Antiochia, & ex reliqua Syria, ac Cilicia.

Caput XXVIII.

Quomodo Innocentius Epiſcopus Romanus impenſe ſtuduerit, ut collecta Synodo Ioannem revocaret; & de legatis ab eo miſſis ad inquirendum; & de morte Ioannis Chryſoſtomi.

PОrro Innocentius Romanæ urbis Epiſcopus, cum ſicut antea ſcripſerat, B impenſe ſtuderet, ut Joannes reſtitueretur; unà cum Epiſcopis qui ex Oriente legati ad eum venerant, miſit Epiſcopos quinque, & duas Eccleſiæ Romanæ Presbyteros, ad Honorium & Arcadium Auguſtos, qui Synodum, ejusque celebrandæ tempus ac locum poſtularent. Verum hi qui apud Conſtantinopolim Joanni infenſi erant, quaſi in contumeliam Orientalis Imperii hæc acta eſſent, calumniari cœperunt. Atque hos quidem utpote qui externo Imperatori moleſti fuiſſent, cum ignominia dimitti curarunt. Ipſum vero Joannem edicto Imperatoris longius transferri ad oppi- C dum Pityuntem perfecerunt. Milites igitur confeſtim advenientes, edictum executioni mandarunt. Cæterum ajunt Joannem, cum à militibus abduceretur, in itinere diem obitus ſui prævidiſſe, apparente ipſi Baſiliſco martyre in oppido Armeniæ Comanis. Quo in loco cum vires ei ad iter faciendum deficerent, capitis enim dolore laborabat; nec ſolis radios perferre poſſet, ex morbo interiit.

A καὶ τοῖς πλησιοχώροις· πλεῖστοι δὲ πρὸς αὐτὸν ἐφοίτων ἀπό τε ἀντιοχείας, καὶ τῆς ἄλλης συρίας καὶ κιλικίας.

Κεφ. κη΄.

Ὡς διὰ σπουδῆς ἦν ἰννοκεντίῳ τῷ ῥώμης, διὰ συνόδου τὸν ἰωάννην ἐπαναγαγεῖν· καὶ περὶ τῶν πεμφθέντων παρ' αὐτοῦ ἐπιζητεῖν· καὶ περὶ τῆς τελευτῆς τοῦ χρυσοστόμου ἰωάννου.

ἸΝνοκέντιος δὲ ὁ ῥώμης ἐπίσκοπος, καθὰ πρότερον ἔγραψεν, ἐπανελθεῖν αὐτὸν σπουδάζων, B σὺν τοῖς ἐκ τῆς ἕω περὶ τούτου πρεσβευομένοις ἐπισκόποις, πέπομφεν ἐπισκόπους πέντε, καὶ πρεσβυτέρους δύο τῆς ῥωμαίων ἐκκλησίας πρὸς ὀνώριον καὶ ἀρκάδιον τὸν βασιλέα, σύνοδον αἰτήσοντας, καὶ καιρὸν ταύτης καὶ τόπον· οἱ δὲ ἐπὶ κωνσταντινουπόλεως ἀπεχθανόμενοι ἰωάννῃ, ὡς ἐπὶ ὕβρει τῆς ἐνταῦθα βασιλείας τούτων γινομένων, διαβολὴν κατεσκεύασαν· καὶ τοὺς μὲν ὡς ὑπερορίαν ἀρχὴν ἐνοχλήσαντας, ἀτίμως ἐκπεμφθῆναι παρεσκεύασαν· αὐτὸν δὲ ἰωάννην ψήφῳ βασιλέως πορρωτέρω μετοικισθῆναι εἰς πιτυοῦντα C κατώρθωσαν· ἐν τάχει τε παραγενόμενοι στρατιῶται, τοῦτο ἐπετέλουν· φασὶ δὲ αὐτὸν ὑπὸ τούτων ἀγόμενον, καθ' ὁδὸν προϊδεῖν τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ τελευτᾶν ἔμελλεν, ἐπιφανέντος αὐτῷ βασιλίσκου τοῦ μάρτυρος ἐν κωμάνοις τῆς ἀρμενίας· ἔνθα δὴ μηκέτι πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν ἰσχύων, ἤλγει γὰρ τὴν κεφαλὴν, καὶ τὴν ἀκτῖνα τοῦ ἡλίου φέρειν οὐχ οἷός τε ὤν, νόσῳ τὸν βίον μετήλλαξεν·